

trione vocatur Caspium, ab oriente Persicum, a meri-
 die Arabicum, idem Rubrum et Erythraeum, ad occa-
 sum magnum mare, idem Athlanticum; quod commer-
 2 ciis totius generis humani peragratur. hoc intrat in
 5 fretum Gaditanum inter duos montes clarissimos Abin-
 nam et Calpem ob impositas Herculis Columpnas, dein
 latissime simul et longissime <ef>fusum medium ter-
 3 rarum orbem inundat et nomina acquirit: Balearicum,
 quod Hispaniam adluit; Gallicum, quod Gallias tangit;
 10 Ligusticum, quod Liguribus infunditur; Tuscum, Tyr-
 rhenum, idem inferum, quod dextrum Italiae latus /
 fol. 3^r circuit; Hadriaticum, idem superum, quod sinistrum
 4 Italiae latus circuit; Siculum, in quo Sicilia; Creti-
 cum, in quo insula est Creta; Ionium et Aegaeum, quae
 15 Achaiam [idem Peloponnesum] it<a> ambiunt ut
 in<ter>veniente Isthmo paene insulam faciant; Myr-
 toum et Icarium, quae adhaerent Aegaeo mari, illud
 5 a Myrtilo hoc ab Icaro cognominatum; Ponticum, quod
 ingenti sinu Scythis infunditur; Hellesponticum, fauce
 20 transmissum inter duas celeberrimas urbes, Seston
 Asiae, Abydon Europae; Tanaiticum, quo Asia allui-